

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. I. An Deus sit ens simplicissimum, expers cuiuscunque  
compositionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

tur : sed ea, quæ de aliis dicuntur accidentaliter, ipsi conueniunt essentialiter, ut esse potentem, & sapientem : neque ordinatur ad aliud, sicut ad finem : sed ipse est ultimus finis omnium rerum. Vnde habet per suam essentialiæ triplicem illam perfectionem, quæ creaturae conuenit, per suum ipsarum esse, per accidentia superaddita, & per aseculariæ finis. Hæc D. Thom. quæ sequentibus sectionibus explicanda sunt. Consulte autem prætermittens quæstionem quintam, quia in illa S. Doctor de bono solùm in communi pùre philosophie disputat.

## SECTIO I.

*An Deus sit ens simplicissimum?*

**O**nclusio D. Thomæ quæst. 3. præfertim art. 7. & communis Theologorū, est Deum esse ens realiter simplex, id est, expers cuius-  
cunque realis compositionis intrinsecæ. Idem enim est esse simplex, ac non esse compositum intrinsecè : sicut idem est esse unum, ac non esse intrinsecè multa diuisa. Simplex, inquam, est illud cuius nihil est sumere quod non sit ipsum totum : sive, quod nullis constat partibus, aut diueris entitatibus, vel etiam entitatis in re distinctis, quales permutari possunt esse modos certim intrinsecos.

**P**robatur  
**D**amnamus  
**I**am esse  
**e**ns sim-  
pli-  
ci-  
ssum.  
  
**C**onc. Lat.  
  
**C**oncil.  
**R**hemense.  
  
**D**ionysius.

Hæc doctrina patet primò ex dictis disputatione superiori de indistinctione attributorum, tum inter se, tum ab essentia. Vbi enim non est distinctio, nec oppositio realis est portata. Secundò probatur ex definitione Concilij Lateranensis capite *Firmite*, initio: & capite, *Damnamus*: vbi dicitur tres personæ esse unam essentiam, substantiam seu naturam, simplicem omnino. Et, Parem non deinde patrem substantia sua filio, partem vero sibi remissile: cum substantia patris substantialis sit, ut pote simplex omnino. Neque esse in Deo quaternitatem, quia tres proprietates personales, quantumvis relatiæ opposita inter se, & distinctæ realiter ab invicem, non distinguuntur tamen ab essentia : Vnde neque cum illa componuntur. Si autem illa non distinguuntur, minor est ratio distinguendi alia attributa divina, non opposita relatiæ inter se: de quibus erit id definitum sicut a Gilbertum Porretanum in Concil. Rhemensi sub Eugenio III, vbi sic habetur: *Credimus Deum non nisi sapientiam, quæ est ipse Deus, sapientem esse: Non nisi eternitatem, quæ est ipse Deus, aeternum esse, &c.* Ibidem que assertur nihil in Deo esse ab exteriori, quod non sit Deus. Quæ falsa essent, si hæc attributa essent in re distincta à Deo. Nam enim falsum esset dicere, Deus est sapientia, quæ non est falsum dicere, sol est lux.

Tertiæ, ac idem confirmandum valent testimonia sanctorum Patrum relata disputa-

tione præcedenti sect. 2. Ut illud Dionysij, cap. 5. de diuinis nominibus, *Omnia igitur ipsi que sunt, secundum unicas omib[us] eminentem unitatem accepta, sunt referenda, & paulò post: Omnia quidem in se ante completantur per unam simplicitatem excellentiam, omnia rennent duplex.*

Et illud Augusti, lib. 6. de Trinitate capite 4. *Hoc est Deum esse, quod fortè esse, aut insitum esse, aut sapientem esse, & si quid de illa simplicitate multiplicatur, aut multiplici simplicitate dixeris. Quibus unde illud Basili Epist. 80. circa medium, *Quacunque nomina diuina pro-  
tuleris, unum est perpetuo quod significatur.**

Et Boëtij libro de Trinitate ante medium: *Hoc verè unum, in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud prater id quod est.* Et Anselmi in Monolog. cap. 16. *Idem est quodlibet unum illorum quod omnia sunt simul, sive singula. Ut cùm dicitur iustitia, vel scientia: unum significat, quod alia, vel omnia sunt, sive singula.*

Quarto, probatur ratione: quia simplicitas, sive consistat formaliter in negatione compositionis intrinsecæ, sive in modo positivo compositioni opposito, de quo Scotus & Caetanus litigant: sive potius vox illa, simplicitas, significet in recto rem quæ nullis constat partibus, concordet verò carentiam partium & compositionis intrinsecæ: importat falso modum essendi perfectiore, ceteris partibus: quia non potest exhibari quin ceteris partibus melius sit habere summam & consummatam perfectionem in simplicitate, quam ex adiunctione plurium. Ergo hic modus est Deo tribuendus, quippe qui debet perfectissime concipi, quoad fieri potest. Nullum autem assignumentum est, quo hic modus essendi ostendatur esse inominalis: & in contrario in rebus naturilibus non desunt argumenta quibus apparet res extenuiores vñse in simplicitate, quæ in inferioribus multa sunt & dispersa. Tertiæ, nulla est ratio pondandi in Deo compositionem realerem: materia, & forma, aut ex partibus quantitatius, cum Deus sit spiritus perfectissimus. Neque ex partibus intensius, quæ carent etiam substantiales materiales, Deo longè inferiores. Neque postea & natura, quæ ne forte quidem in creaturis realis est, vt ostendimus alibi: scilicet si in istis est, non est certe in Deo, in quo proprietates hypostaticæ non sunt distinctæ: natura, vt in Concil.

Nulla in  
Deo est  
simpli-  
citas.

Latomian definitum est; cap. *Damnamus*: multoque minus substantia absoluta & communis, si qua in Deo est. Neque ex substantia & accidentibus: cum Deus sit actus purissimus, & per suam simplicem entitatem infinitè nobilissimam, eminentissimam, ac sufficientissimam, constitutior in esse perfectissimo, quo intrinsecè est quidquid est, nullius distinctæ realitatis indigo, immo illius incapax, ut sit intrinsecè id quod est: quia sine imperfectione advenire non posset, & intrinsecè ipsum constituere. Hoc enim sonat imperfectionem, ut Deus ab aliquo à se distincto accipiat esse intrinsecum, aut per illud constitutior in esse reali intrinsecò. Eademque de causa remunerari debet à Deo quævis alia, si qua est alia, compositione intrinsecè realis.

<sup>4</sup> D. Thomas q. 3. a. 7. ad idem confirmandum quinque rationes addit. In quarum prima remouet à Deo compositionem etiam ex essentia & existentia, & ex genere & differentia. At illæ inter compositiones reales numerandas non sunt. Eas enim res confusè concepta & inadæquate, prout conuenit cum alijs essentialiter diuersis concipiuntur ut generis: Expressius verò & distinctius considerata, prout differt ab illis, differentia est. Cumque existere nihil sit aliud, quam esse actu in rerum natura extra nihil, seu extra puram potentiam obiectivam estendi: scut essentia actualis scipsa formaliter est in rerum natura, & non per aliud; ita scipsa formaliter existit, & non per aliud. Ac sicut impossibile est ipsam ponit in rerum natura extra potentiam obiectivam, per aliud formaliter: sic fieri nequit ut existat formaliter per Aliquid à se distinctum. Implicat enim ut Aliquid sit aliud à se. Ergo pariter implicat, ut actualis positio vnius, sit positio alterius formaliter. Ergo tamen implicat, ut essentia existat formaliter per positionem existentia distincta. Ceterum distinctione & compositione ratione, eaque multiplex, atque etiam virtualis realis, non repugnat simplicitati Dei. Quod si speciem compositionis ex genere & differentia Deo repugnat, ut Sanctus Thomas existimauit; non repugnat ex i compositionis secundum rationem. An vero absolute repugnet, pender ex alijs principijs, siisque vere philosophorum de via iocatione, abst. etiæ, & similius, in quibus immorari non est à peccato premitum.

Reliquæ rationes quibas S. Thomas particulis citato quoniam à Deo compositionem realem & intrinsecam remouet, sunt quia omne compositum est posterius partibus suis componentibus, & ab illis dependens: Deus autem est primum ens, & à nullo dependet. Item omne compositum est tale vi aliquid causa vniuersaliter componentes, seu actiue componentes: Deus autem est ens à se, id est, existens per essentiam, & ex sola perfectione ac necessitate sue essentia: Non autem vi illius causa. Tertio, Deus est intrinsecè actus purus: Ergo est ex-

pers omnis compositionis intrinsecæ ex potentia & actu, ex subiecto & forma: Cuiusmodi esset compositione ex partibus essentialibus, aut ex essentia & attributis quibuscumque, si quia illa componerent. Quartio, Deus est ipsum esse, id est, ens à se, illimitatum & infinitum in genere entis: ergo non eget compositione. Quisq; enim indegenio, est limitatum, & ab illo mendicat partem aliquam sua perfectionis: Neque est possibile ens illimitatum componi ex entibus limitatis cuiusmodi sunt ea omnia quæ exigunt aliud cum quo componant, & q; perficiantur: Atque ut rectè sit S. Hilarius lib. 7. de Trini. longè ante finem. Non ex compositione, atque inanimis Deus, qui vita est, subsistit. Neque qui virtus est, ex inferioribus continetur. Neque qui lux est, ex obscuro coaptatur. Neque qui Spiritus est, ex disparibus formab; est. Tamen in eo quod est, vnum est.

Præter realem compositionem intrinsecam, simplicitati repugnare, de qua hanc usque diximus; alia est extrinsecæ, quæ quod cum alio componit, quamvis in se non conponatur, quæ ipsum denominat actiue componens, non passim compositionem. Et hanc quoque videtur D. Thomas à Deo penitus removere art. 8. in corp. sed intelligendus ex de compositione perfectiva, quam Deus exigit ut per eam perficiatur. Hoc enim ait contra Ebénicos illos qui, ut parvum, S. August. lib. 7. de Civit. cap. 6. partim alii refervunt, senserunt Deum esse materialm primam, vel animam mundi, & principium essentialiter constitutum omnium rerum, vel esse animam cœli, aut dominum; idq; ex naturali quadam necessitate & exigentia ipsius Dei. Qui expores stolidi sunt. Est enim Deus simplici sua entitate ens perfectissimum, & unicum in sua veluti specie: neque eget alio per quod perficiatur: Neque postea ut sit pars essentialis vel integralis aliquid entis. Nec denique ut aliquid distinctum in se recipiat, vel ut addatur aut uniatur alteri. Alioqui tamen non repugnat ut Aliquid, quod est ipsa sit Deus & entitas divina, componat cum alio. Etenim hypostasis Verbi divini componit Christum cum natura humana, ut loquitur Concilium Lateran. sub Martino primo, can. 4. & V. Synodus generalis collatione 8. can. 4. Non secundum indigentiam aut exigentiam, sed secundum sufficietiam diuinæ hypostasis, quæ non perficitur per naturam humanam, nec cum illa constituit aliquid melius aut perfectius, quam ipsa fuerit, nisi extenuere nodammodo, quatenus ultra totam perfectionem formalem hypostasis diuinæ, includit formalem perfectionem humanitatis. An vero natura ipsa diuina, etiam sola sine hypostasi, possit compondere, in tractatu de incarnatione testificendum est. Quod si componeret: id non faciat secundum exigentiam vel indigentiam, sed secundum sufficietiam eminentem ad tribuendum per actionem aliquam, sicut hypostasis Verbi.

Deus non  
componit  
cum alio  
ex necessi-  
tate, aut  
indigentia.

August.

Potest ex  
abundantia  
& sufficien-  
tia, sicut  
hypostasis  
Verbi co-  
ponit cum  
natura hu-  
mana.

Distinc-  
tionis,  
eiisque  
compositionis  
non repu-  
gnat Dei  
firmitate.

5.

Thomas part-  
iculis citato quoniam à Deo compositionem  
realem & intrinsecam remouet, sunt quia  
omne compositum est posterius partibus  
suis componentibus, & ab illis dependens:  
Deus autem est primum ens, & à nullo  
dependet. Item omne compositum est  
tale vi aliquid causa vniuersaliter  
componentes, seu actiue componentes:  
Deus autem est ens à se, id est, existens per  
essentiam, & ex sola perfectione ac  
necessitate sue essentia: Non autem  
vi illius causa. Tertio, Deus est intrinsecè  
actus purus: Ergo est ex-

buit humanitati subfiltrere.

Contra doctrinam præcedentem, præter Scotti argumenta, alibi refutata, obijci duo solent. Primo, quod actus contingentes & liberi intellectus, & voluntatis diligencæ, non videantur pati posse simplicitatem omnino rem realem. Secundo, quod in Deo sit multitudine personarum diuinarum distinctarum realiter. Non autem est multitudine, non est simplicitas.

Ad primum Respondeo, actus liberos & contingentes nihil in re distinctam superaddere entitati diuinæ, sed rationes quasdam, & vsus, ut suis locis explicabitur. Ad secundum Respondeo primo, sermonem esse in praesenti de Deo vt uno, secluso mysterio Trinitatis Personarum. Secundo, multitudinem illam non efficere compositionem, ideoque non opponi simplicitati de qua loquuntur. Etenim personæ non componunt cum entia, à qua non distinguuntur realiter, extra definitionem Concilij Later. c. 2, supra citato. Nec etiam componunt inter se: quia non vniuntur ad inicem, sed identificantur cum essentia: Ad compositionem autem realem, distinctio extremorum cum vniione necessaria est. Tertiò, esse simplex, aut esse compositum, est attributum entis, non entium. Tres autem Personæ non sunt ens, sed entia, trinitas: ideoque nec simplices, nec compositæ dici debent. Denique simplicitas opponitur multitudini entis vniuersaliter, et que, veluti species unitatis transcendentalis, à qua diuiditur in unum simplici unitate, & unum Compositione seu coniunctione plurium.

Multitudine  
personarum  
diuinarum  
non officit  
simplicitati  
Dei.

## S E C T I O II.

### De Perfectione Dei.

**D**icitur D. Thomas q. 4. a. 1. & 2. & communis Theologorum est, Deum esse ens perfectissimum, adeoque perfectum ut rerum omnium perfectiones contineat: ita ut non modò sit perfectissimus negatiæ, quatenus nihil est ipso perfectus: aut positivæ, ita ut ipso sit perfectior ceteris omnibus a se eo gradu eminentiæ, ut quid est perfectionis in ceteris, totum illud excellentissimo & perfectissimo modo comprehendat.

Probatum Deum esse ens perfectissimum dicens de Deo, quod non quidem hoc est, hoc autem non est: sed omnia est ut omnium causa. Et cap. 13. cum dixit, Deum esse omnia unice; & omnia esse uniformiter præcipere. Et Iren. lib. 4. cap. 3. initio cum dixit, Deum continere omnia; vel esse omnia, ut loquitur Clemens Alexand. 1. Pædag. c. 9. prope finem. Et denique Deum, omnium Dominum & factorem, esse omnia omnia existentia, & unum omnia existentia: nam omnium plenitudo unum est, & in uno,

vt ait Trismeg. apud Cyril. Alexand. lib. 1. Cyril. contra Julianum in fine, iijdem fere verbis. Sic etiā Deus ipse de se Moysi dixit: Ostendam tibi omne bonum, Exod. 33. & Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et Roman. 11. v. vltimo. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Talem etiam concipiendum esse suadet ratio naturalis. Tum quia de diuina perfectione quam perfectissimè fieri potest sentiendum est. Tum quia quidquid perfectionis est aut esse potest: vel increatum est, vel creaturæ. Si increatum; in solo Deo est; Deus continet omnem perfectionem. Si creatum; ergo à Deo esse debet, ut ab omnium fonte, & causâ efficiente prima & totali. Quidquid autem perfectionis est in effectu, necessariò præsupponitur in principali & totali causa efficiente, quæ ex se, vel ex propria ac sufficiente virtute potest talēm perfectionem communicare effectui: alioqui enim quomodo posset eam communicare, aut unde effectus illam habere? Continetur, inquam, effectus præsupponitur in causa, vel eminenter, si causa sit & quiuocata; vel formaliter, si vniuersala. Addo quodlibet quæ aliae causa cum Deo concurrent ad aliquos effectus, illæ omnes à Deo sunt, & vim causandam ab ipso accepérunt. Quare quidquid virūs & perfectionis habent, à Deo habent: ideoque omnia debent in Deo præesse, ut in omnium causa.

Ad maiorem attributum huius declarationem. Nota primo, perfectum dici ab Aristotele s. Metaph. cap. 16. id cui nihil deficit: metaphorâ desumpta à rebus quæ sunt, quæ perfecte dicuntur, quando nihil illis faciendum superest. Duoibus autem id modis intelligi potest. Vel nimirum primitu[m], ita ut nihil deficit eorum quæ rei debent. Ex natura sua, & exiguntur naturaliter ab illa: quo pacto definitur à D. Thoma q. 4. a. 1. in fine Cor. perfectum esse id, cui nihil deficit secundum modum suæ perfectionis: id est, cui nihil deficit eorum quæ naturæ ipsius conuenientia sunt. Vel secundò, negatiæ, ita ut absolútè nihil perfectionis deficit, sed omnes omnia aliquo modo contineat. Prior vocatur perfectione secundum quid, & partialis, in aliquo gradu generi vel ordine. Posterior vocatur perfectione simpliciter & totalis, in ordine genere entis. Partus in priori perfectionis modo, quæ in archibus exiguntur ut essentia, & quædam ut extra essentiam, sive substantia, illa sunt, sive accidentia. Vnde aliae sunt perfectiones, ruribus destrictæ essentiales, aliae substantiales, aliae accidentiales. Et quidem perfectio secundum essentia, sive destra, nulli defessa potest: cum impossibile sit rem sine terra sua essentia vel concepi, vel esse. Inde talis perfectio conuertitur cum alijs & a plerisque Philosophorum assignatur pro transcendentali bonitate primaria. Perfectio vero substantialis quædam partes integrantes v. g. vel quoad substantiam, vel

Deus con-  
tinet om-  
nem perfec-  
tionem.

perfectum  
quid dica-  
tur, & quo'  
upliciter?

D. Thom.